


749

Zf
230





Supremo Honori

Et memorie

Ultimi Sermonis

V I R I

Plurimum Reverendi Amplissimi atque
Excellentissimi

Domini ABRAHAMI
TELLERI,

S. Theologiæ Doctoris celeberrimi, Con-
sistorii Electoralis & Ducalis, quod Lip-
sæ est Assessoris gravissimi & ad D. Thomæ Pasto-
ris vigilantissimi Amici ac Fautoris veteris,
ejusque Summi

d. 9. Nov. 1658.

[deproperabat]

M. FRIDERICUS RAPPOLT, Poet.
Prof. Publ. & Major. Princ. Colleg. Collegiatus.

— (o) —

1658

Lipsiæ, Literis Bauchianis.



Klage und Trost-Schriften.

Deo deo deo deo deo deo deo deo deo deo [: deo deo deo deo deo deo deo deo
de deo deo deo deo deo deo deo deo deo] deo deo deo deo deo deo deo deo

OMnia cum fuerint tua dicta papavere sparsa,
Vei potius verbi nectare sparsa DEI:
Tum nulla è cunctis mage dulcia visa fuere,
Quàm quæ postremus protulit ille dies,
Qui stare in cathedra dicentem vidit, & ista
E. perpesitio pandere sensa Sene:
*Militia est hominis vita hac terrena, dies q̄
Illius est, Opera ceu solet esse dies.*
Ut servus seram fessus desiderat Umbram,
Finem Opera ut q̄, operis sperat adesse sui:
Sic Ego menses Vanos heu sentio multos,
Plurima sic nox est plena labore mibi,
Ordia sermoni præmissa huic illa fuere,
Quæ canit in psalmo Rex pius ille suo:
Insignis nobis vita Excellentia nostra
Cum visa est, visa est heu labor atq̄ dolor.
Magna est Theulogicæ vitæ Excellentia. Sed quid
Theulogica hæc vita est? Est labor atque dolor.
Est labor atque dolor Consulti juris & æqui:
Philosophi & Medici quid? labor atque dolor.
Sique hujus reliqua est alia Excellentia vitæ,
Est labor atque dolor, est dolor atque labor.
Hinc ad Militiam monstrandam scilicet ibas,
Ostendens pugnis omnia plena suis;

Nun-

Klag- und Trost-Schriften.

Nunquam & bella piis, nunquam certamina deesse,
Et quo cum certent semper habere bonos:
Ac si vel Mundus, vel Tartarus ipse quiescat
Sattamen in proprio Militiæ esse sinu.
Hoc sub felle tamen dicebas mella latere,
Solamenque piis grande subesse triplex.
Neve quis hæc frustra vel longè, Apis Attica, forsan
Quæreret, hoc placuit digerere illa modo:
Hæc si militia est, & nos pugnare *necesse* est,
Quod mutare nequis cur renuisse velis?
Hæc si militia est, quam cunctos ferre *necesse* est,
Cur quod *Commune* est solus abesse cupis?
Hæc si militia est, quæ tot Suspiria gignit,
Utile quod nobis, cur grave dicis onus?
Et quanquam cæcas solentur singula gentes,
Solari hæc alio nos tamen ipsa modo:
Nempe, quod imponit DEUS, & quo corripit omnes
Quos amat, & mentem ducit ad alta, feras.
Miles es? excipient te post hæc bella triumphi,
Inter & angelicos lata tropæa choros.
Servus es, & duro premeris longoque labore?
Jam veniet requies umbraque grata tibi.
Menses & noctes vanas plenasque labore
Sentis? æternus corriger ista dies.
Fallor an hæc habita est non nobis Concio solis;
Sed vel præcipue, Doctor amate, Tibi:
Et post militiam, post hujus tristia vitæ
Optasti, requies esset & umbra tibi.

Hoc

Klag- und Trost-Schriſſten.

Hoc namque egregio claudebas omnia voto,
Pulchra, moras differ, pulchra corona vixi.
Euge venit, caniturque Tibi: Bone ſerve, fidelisque.
Ingredere in Domini gaudia plena tui:
Gaudia militiã triftique carentia lite:
Gaudia, feſſo Umbram quæ requiemq; dabunt.
At nos pro meritis gratamur gaudia tantis,
Et grates memori dicimus ore tibi,
Qui nos doctriã, qui vitã ritẽ præiſti,
Miliciam ignaros, miles & ipſe, docens.
Nec nos Militiæ capient oblivia doctæ,
Milicia ex illa dum DEUS ipſe vocet,
Noſq; tibi in cœlo jungat, quos jungere in Orbe
Et ſocios voluit Militiæ eſſe tuæ.


F I N I S.








Lipfi
M. FRID'E
Prof. Publ. &
S. Theologic
sistorii Elect
sæ est Assessor
ris vigilant
Domin
Plurimum F



TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



3.

